



~~Litt.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. ~~ccccccc~~ CCCXIII.

*Quod bonum, faustum, felix, fortunatumq,  
ac in primis PACIFICUM sit!*

SEPTEM PRIORA  
**PROGYMNA-**  
**SMATA APHTHO-**  
**NIANA**

argumento Irenico

accommodata:

*unā cum*

quibusdam

**DESIDERIIS, VOTIS, OMNIBUS**

DE PACE,

*In Gymnasio Elisabetano*

*a.d.VIII.Cal.Septembr.*

An. Chr. clc lcc XLIV.

recitanda

*Indicit*

**M. ELIAS MAJOR**  
Rector.

---

BRESLÆ, Exprimente BAUMANNO.



# Lecturis, à DEO Pacem : à se obser- vantiam, officia, Amorem.



Iper naturam rerum fieri id posset, ut regiones ipsæ aut provinciæ, primùm cogitatione aliquid completerentur, deinde quicquid sentirent, obviis narrarent, & in aures quaslibet exonerarent: crediderim eqvidem terram nostram Germaniam, immò verò, quanta quanta ea est, Europam, rogatā ab aliquo; Ecquod in præsentii donum p̄ ceteris omnibus, à DEO sibi dari atq; impertiri cupiat? responsuram: Pacis donum. Ecquod deinceps munus sibi dari cælitus expetat? dicturam: Pacis munus. Ecquid porrò ut adminiculans. Taub. te Supremi Numinis clementiâ sibi eveniat, exoptet? cum Poëta a. manno, exclamaturam:

Sched.

Pax sit! votorum hoc nobile votum est.

pag. 291.

Una Salus Paci. Bellum te spernimus omnes.

Eat nunc quis, & magno miretur opere, cur in eligendo themate, in quo pertractando, pubis litterariæ hoc tempore versaretur industria, placuerit nobis, ut cæteras materias omnes, scitas quamvis illas & sane multas, Pacis argumentum occuparet. Quæ totius Europæ vox est, eâ conducere arbitror Gymnasii etiam nostri circumsonare parietes. Idq; eò diligentius atq; ardentius, qvò pluribus jam annis, tot clades atq; exitia à bello isto infeliciissimo, sentimus. Excusare ipse Ilysses uidetur eum militem, quem capto tandem illo per omnes gentes claro, atq; inuidiæ capace Ilio, bellorum tædet.

b. Apud

Senecam

Troadi-

bus v.

549.

c. lib. 12.

cap. 38.

Veniam, inquit, b. dabis, qvod bella per hiemes decem,

Totidemq; messes, jam senex miles timet,

Aliasq; clades rursus.

Nos meliori jure tædeat, qvorum temporibus bis, & propè amplius Troja expugnari poterat. Bibliotheca Histicæ, accuratissimæ illius, Citor locupletissimus Diodorus Siculus, c. cum bellum Peloponnesiacum describere aggredetur, nominare ausus est, bellum omnium, quæ historijs celebrata novimus, diuturnissimum. At quot tandem

tandem annos Poloponneso hæc incubuit calamitas? Nemo justius hoc  
nobis dixerit Thucydide, qui & bello supervixit, & majorem ejus-  
dem partem ordine, ut quælibet gesta sunt, secundum æstates hiemesq;  
scripsit, additurus etiam, quæ postremis annis gesta sunt, nisi præclaros  
hos conatus mortis elusisset invidia. Hic igitur, anni, inquit d. bel. d. lib. 5.  
li hujus septem in universum & viginti fuerunt. Jam quo ad  
longissimè potest mens nostra respicere spacium præteriti temporis, &  
infantia, ut sic dicam, nostratis belli memoriam recordari ultimam: in-  
de usq; repetentes, parem jam propemodum videmus utriusq; duratio-  
nem. Quo tam longinquo tempore, quæ & quantam mala hominibus,  
agris, oppidis, regionibus sint importata, cum hic non sit dicendi locus:  
quæquam res ipsa plorari potius, quam dici possit: id tamen nemo ju-  
stus rerum estimator nos reprehenderit, si id, quæ à Valerio Maxi-  
mo, e. verissimè scriptum arbitror, Coelum ex nubilo serenum c. lib. 4.  
hilari adspicere sentiri; bellum pace mutatum, plurimum  
gaudii afferre, cogitantes, ea de re meditationes, desideria, ac vo-  
ta nostra in medium produxerimus, quæ adeptæ, albæ Gallinæ, quos  
adagio f. nominat, filios nos censuerimus. Sed fortasse argumenti hu- f. Juve-  
rus, & quasi materia præsentis vicem anxius tantopere esse non debe- nal. Sat.  
bam. Formam cum circumspicerem, haut difficulter in mentem  
mihi venit celebratissimi illius Sophistæ Aphthonii. Cujus decem  
& quatuor Progymnasmata cum rei cuiusq; quæ sermone sit ex-  
plicanda, sine magno negocio accommodari se patientur: causa nulla  
fuit, cur hanc operam tam amabili Pacis negocio abnuerent.  
Tentata sunt, brevitatis conservandæ causæ, priora septem sat-  
tem: Fabula, Narratio, & reliqua: suggererunt ea stilo exercen-  
do, quæ subjicio.

FABULARUM longè aptissima præsenti instituto ea visa est,  
quæ Agricolam introducit, proposito sarmendorum fasciculo, filiis  
suis & de Concordiæ robore insuperabili, & de dissidiorum  
infirmitate notabili concionantem. O salutarem doctrinam, &  
magnis exemplis sapè probatam quidem, sèpius tamen neglectam! Nec  
tamen ea propter hoc quog; seculo dissimulandam. Et videatur non  
magis



magis sententia huc pertinens, quam oraculum quoddam aut vaticinium de Imperio Romano, apud Sallustium, sive, quicunq; is fuit,  
g. Vide auctorem g. orationum ad C. Cæsarem de Repub. ordinandâ.  
Lips. lib. Nobis in præsens locum, in quo pluribus similitudinibus res eadem  
1. Var. claratur, ex oratione Joannis Antonii Campani Episcopi In-  
Leet. teramniensis in conventu Ratisbonensi ad Fridericum III.  
cap. 8. Imp. Augustum habitâ, placet adducere. Sic igitur ille : h. Dis-  
h. apud cordibus, inquit, nulla spes est; quia nullæ sunt corporum  
Nicol. Reusner. vires, ubi corpora corpora esse desierunt. Et direpta atq;  
Volum. avulsa membran non modo robur amisere omne, sed specie  
1. Orat. quoq; ipsam membrorum palcritudinemq; perdididerunt.  
Turcic. Cum puer Cyri Regis in Euphrate fluvio latisimo esset  
Pag. 39. submersus; iratus Rex, derivari flumen in CCC. circiter  
fossis, & trajici à pueris usqueq; jussit. Ita qvi colle-  
ctus, atq; in latitudine ingenti formidabatur, in tot divi-  
sus partes, passim etiam à pueris contemnebatur. Nec ul-  
lum est robur tam firmum, atq; solidum, quod divisum  
non debilitetur, non cadat, non dissipetur. Ignis in stipi-  
tes segregatus, exstinguitur: domus in lapides divisa, cor-  
ruit: Navis in tabulas discissa demergitur: Deniq; nihil  
est, quod non concordia constet, discordia cadat. Dicam  
fidenter, & dicam verè: in una concordia Germania sita  
est omnium Christianorum salus.

NARRATIONIS Exemplum eligere libuit celebratissimam  
illam Historiam Thrasybuli, qui Atheniensium Remp. non tantum  
bello illo Peloponnesiaco miserrimè concussam, sed & finito illo à trigin-  
ta tyrannis sceleratissimè vexatam, lege oblivionis lata, quam  
āvniſiav vocant, felicissimè pacavit. Cujus historia compendium ex  
Diodoro Siculo, Āmiliò Probo & Justino conscribi curavi-  
mus. Plures Auctores, qvi eandem rem commemorarunt, laudati, vide-  
ri possunt in Justino CL. Bernecceri, capite 10. libri quinti. Ex  
i. Capito. qvibus hoc loco unus mihi nominandus videtur M. Tullius, qvi ean-  
tinus in dem discordiarum oblivionem, sive, ut alii nuncupant, i. præteri-  
torum



torum abolitionem, suis quoq; Romanis commendatum ivit, ora-Gordia-  
tione, quæ exstat apud Dionem libro quarto & quadragesimo. Me-nis, cap.  
minit verò ipse, qui habuit Senator, & senex sexagenarius, initio ora-<sup>ro. & A-</sup>  
tionis Philippica primæ, his verbis: Manendum, inquit, mihi sta-<sup>mm.</sup>  
tuebam quasi in vigiliaqvadam consulari, ac senatoria. nec <sup>Marcel-</sup>  
vero usq; discedebam, nec à Rep. dejiciebam oculos ex eō<sup>linus lib.</sup><sub>30.</sub> cap.  
die, qvo in ædem Telluris convocati sumus: in qvotem-<sup>22.</sup>  
plo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis: Athe-  
niensiumq; renovavi vetus exemplum; Græcum etiam  
verbum usurpavi, qvod tum in sedatis discordiis usurpave-  
rat civitas illa, atq; omnem memoriam discordiarum obli-  
vione sempiterna delendam censui. Præclara tum oratio  
M. Antonii, egregia etiam voluntas: pax deniq; per eum  
& liberos ejus, cum præstantissimis civibus confirmata est.  
Atq; his ipsis Atheniensium Romanorumq; exemplis veteribus, moni-  
tam fuisse credi par est, Sacræ Cæsareæ Romanæ Majestatis  
hodiernæ & eximiam Sapientiam, & incomparabilem & qvanimi-  
tatem, quæ, ut, quanto studio turbanti Germaniæ ocium, pacem, tran-  
quillitatemq; restituere amittatur, hoc quoq; signo toti Christianorum  
orbi ostenderet, hoc ipso Augusto mense ante annos tres, auvnsiav  
Ratisbonæ promulgavit.

CHRIAN quid rectius suggesteret, quam insigne aliquod  
Pacis elogium? Talia verò passim apud optimos auctorum occur-  
runt plurima. Et collecta non pauca sunt à Theologorum hujus saeculi  
coryphæo Johanne Gerhardo, illo in Locorum Tomo, k. in quo de  
Magistratu Politico agit. Ex quibus familiam dicit allegatum caput 6. §. 393.  
tertium & quinquagesimum Johannis Stobæi: unde Hymnum  
suum Pacis sacrum conflavisse Hieronymum Vidam agnoscat, ac  
mecum fatebitur, qui utrumq; invicem contulerit. Sed ex tot pulcerri-  
merum encomiis, nullum arrisit magis versibus his Silii Italici de-  
cantatissimis

Pax optima rerum

Qvas homini novisste datum est: Pax una triumphis

Innumeris potior.

A 3

2 vi



Qui versus indubie in mentem fuere Mantuano, cum hoc distichon  
condiceret:

Gloria pace minor, minor est victoria pace :

Atq; aliqvid pejus pace triumphus habet.

*GNOMAM*, sive *SENTENTIAM*, suggesit hic Versiculus:

Pacifico nihil est Principe amabilius.

*REFUTATIONI* pariter & *CONFIRMATIONI* In-  
serviuit Historia Belli Macedonici, à Livio libris uno & trigesimo  
duobusq; sequentibus descripta. Finis ejus Belli memoratu dignus  
est, quem post annos quatuor illi imposuit T. Quintius Flami-  
nius Consul Rem. qui Philippum Demetrii I. Filium Ma-  
cedoniae Regem ad tumulos, quos Cynoscephalas vocant (sunt  
enim frequentium illæ collum contiguorum turbinata fastigia ex fi-  
guræ similitudine ita dicta, teste Plutarcho in Flaminio) prælio su-  
dit, castris exuit, pacemq; à Romanis petere coëgit: quæ ei hac conditio-  
ne data est, ut à tota Gracia abstineret, sua Macedonia contentus, Ro-  
manisq; 1000. talenta penderet. Quo pacto non Athenienses modò o-  
mni metu liberati sunt; sed & toti Græcia leges, jura, ac Libertas de-  
creto Romani populi restituta sunt: quod Decretum cum in quinque-  
nali Isthmiorum ludo pronunciatum esset, incredibile gaudium turbæ  
secutum est, non modò jubentis vocem illam iterum iterumq; repeteret,  
sed & flores in Consulem præsentem jacentis, & plaudentis, & deniq;  
adeò clamantis, ut corvi aliquot forte supervolantes in stadium delapsi  
sint.

*LOCUM COMMUNEM* Aphthonius definit oratio-  
nem amplificatoriam eorum bonorum aut malorum, quæ adsunt alicui.  
Monet q; similem esse locum Communem Deuterologię & Epilogο,  
id est, Locum Communem non ab initio Orationis ponit, sed tum demum,  
cum res jam probata sit, ubi circa finem orationis eadem res propter af-  
fectuum commotionem exaggeranda sit. Ejusmodi igitur erit noster  
Locus Communis in Turbatorem Pacis Ptolemæum Tara-  
xichorium, à quo prætextum potius, quam veram causam allegante  
inximus bellum motum esse Salomonis Hesychio, eoque pacto toti pro-  
vinciae vastitatem illatam.

Atq;



Atq; ita habent septem priora Progymnasmata, Aphthoniano ductu ab Adolescentibus totidem tractanda, His adjungimus pueros aliquot, pro pace vota facturos plerosq; omnes, exaudienda, quod pie speramus, ab eo, qvili. ab ore infantium & lacten-i. Ps. 8. 3. tium fundatam disposuit laudem. Materias illas cum personis subjuncta docet series. Recitationibus hisce Irenicis, destinatae sunt crastini matutini horae octava & nona. Quæ recitationes, ut cum Ornatores, tum feliciores sint, dicturis opus esse intelligo auditorum frequens, honoratum, benevolum.

Agite igitur Viri Strenui, Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Reverendi, Excellentissimi, Clarissimi, Spectatissimi, Humanissimi: agite, antiquum vestrum obtinete, & quod commodo vestro fiat, iterum ad Gymnasii Elisabetani Auditorium supremum visite, alumnos nostros, qui singularis vester favor est, audite, ipsorumq; vota tacitis vestris suspiriis prosequimini. Nos quemadmodum iterum splendidam vestram honoratamq; presentiam magno nobis ornamento ducemus; ita vicissim Magnificas vestras, Nobilissimas, Reverendas, Spectatissimasq; Dignitates, nos, qvibus poterimus observantie, honoris, obsequiis, officiis, & amoris generibus, colemus, dubii, utrum Auctoritatē vestram venerabilem potius suspiciamus, an comitatem amabilem exosculemur. PP. Vratislavia IX. Cal. Septemb. Anno CICCI 1544.

### Series Personarum & Materierum.

Johannes Christophorus à Kchediger / PROLOGUS, præmissis brevi causis institutæ hujus Exercitationis scholasticæ, Auditorii benevolam attentionem captabit.

Casparus Adamus ab Argat / Psalmum LXXXV. Latinè & Germanicè dicet.

Matthias Niedel Vratislav. δοξολογια & Votum Ecclesiasticum, Sirac. 50. v. 24. seq. annotatum, & Germanicis versibus paucis expressum, repetet.

Carolus Sigismundus à Reichel &

Sigismundus Kopper Vratislaviensis, Vorum Theocriti, ex ipsius Idyllio 16. ille Latinis, hic Germanicis versibus proferet. Johan-



Johannes Wagenknecht Vratislaviensis  
Joachimus Nörper Greiffenbergenensis  
Adamus V Venceslaus à Reichel  
Johannes Jacob. Crusius Landshut.  
Laurentius Brand Vratislaviensis  
Christianus Fölkel Vratislaviensis.  
Carolus Ortlob Olsnensis

FABULAM.  
NARRATIONEM.  
CHRIAN.  
GNOMEN.  
REFUTATIONEM.  
CONFIRMATIONEM.  
LOCUM COMMUNEM.

Johannes Ernestus Haunold / &  
Johannes Georgius Schickfuss / &

Maximilianus Döring Vratislaviensis, Cantionem Ecclesiasticam Verleyhe vns.  
Frieden genädiglich ille Latinis : iste & hic Germanic. versibus exprimit.

Johannes Daniel Major, &

Christianus Franc Vratislavienses, ex Anagrammate hoc

FERDINANDUS TERTIUS, CAESAR INVICTUS:

Tu Rus DIC RIDENS CIVI: SUNT FATA SERENA:  
factum carmen , ille Latinum , hic Germanicum recitatib.

Daniel Hagemüller / &

Daniel Pfeiffer Vratislavienses, ex alio Anagrammate,

FERDINANDUS TERTIUS

FERDINANDUS RE TITUS

paucos versiculos confessos , ille Latinos , hic Germanicos referet.

Johannes Sigismundus Rozycze kí à Kozycze Trojanowe / Eques Polonus,  
EPILOGUS Gratiis Honoratissimo Auditorio officiosissimè persolutis ,  
quamvis Pacis nunc negocium videatur esse perdifficile , de Omnipotenti  
tia tamen DEI bene sperandum asseret , & duorum Augustissimorum Mo  
narcharum Cæsaris Romani , Regisq; Poloniae , summam voluntatem cu  
piditatemq; Pacem Christiano orbi restituendi , optimis omnibus prosc  
quetur , conclusurus suam oratiunculam Hexasticho ex hoc Anagrammate  
elaborato:

VLADISLAUS QUARTUS REX POLONIAE:

QVIS ILLE ORNATUS A DEO ? LAURUS , PAX.



Ung. VI 58 (A)

ULB Halle

002 686 287

3



56,

VDI 7  
Sep. 2000 Pcl.





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

felix, fortunatumq;  
IFICUM fit!  
PRIORA  
YMNIA-  
PHTHO.  
NA  
Irenico  
odata:  
um  
dam  
TIS, OMNIBUS  
ACE,  
*Elisabetano*  
*Septembr.*  
Ioc XLIV.  
nda  
icit  
s MAJOR  
or\_.  
iente BAUMANNO.

